



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

**Luxemburgi, MDCCXLII.**

CXLVI. Decreta pro Limana Provincia in Indiis Ordinis Beatæ Mariæ de  
Mercede Redemptionis Captivorum stabilita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

Confirmat  
præinser-  
tum Decre-  
tum.

Decretum  
stritans.

Contrariis  
derogat.

Transump-  
torum fides.

Dat. P. An. 9.  
die 30. Oct.

CXLVI.

Edita An. D.  
1664.

Supplicatio.

1663. Episcopus Sabinensis Cardinalis Ginetus.

§. 2. Cum autem, sicut pro parte præfatorum Francisci de la Rosa, & Joannis à Conceptione Procuratorum Generalium, Nobis subinde expositum fuit ipii Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione Apostolicae confirmationis nostræ robore communiri summoperè desiderent: Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, interdicti, alisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa lata, si quibus quomodolibet inmodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censes. Supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Decretum præsertum auctoritate Apostolica tenore præsentum approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmatis robur adjiciimus; salva tamen semper in præmissis auctoritatibus præfata Congregationis Cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integrorum effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab illis respectivè observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Caufarum Palati Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dictorum Ordinum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmatae alia roboratis, statutis, & confuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contraria quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut carundem præsentium literarum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prouersus fides adhibeatur in iudicio, & extra, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibite, vel offensa.

Datum in Arce Gandulphi Diœcesis Albanensis, sub Annulo Piscatoris die 30. Octobris 1663. Pontificatus nostri Anno nono.

Decreta pro Limana Provincia in Indiis Ordinis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum stabilita.

ALEXANDER PAPA VII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus de la Rosa Procurator Generalis Ordinis Fratrum Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum, quod pro Provincia Limana in Indiis dicti Ordinis ad hoc ut promovendi, ad præsentaturæ, & Magisterii gradus, & virtute conspicui, & literis satis superque condecorati sunt, statutum fuit, quod nullus ex Fratribus Provinciæ, & Ordinis hujusmodi ad præsentaturæ, & Magisterii gradus promoveri possit, nisi prius infra scriptas conditions adimpleverit, &

secundum eas qualificatus existat. Videlicet.

§. 1. Ut nullus ad præsentaturæ de lectura laurcam exponatur, qui non legerit ultra tres annos Logicæ, & Philosophiæ duos alios annos Theologie Scholastica afflendo conferentis, & aliis actibus pro Magistris designandis; idque non ubique locorum, sed tantum in aliqua Universitate approbata, vel in aliquo conventu ejusdem Ordinis studis, literariisque exercitationibus deputato; Post hæc, ut de eorum sufficientia confit, in Collegio Sancti Petri Nolasco Limano nuperrime ædificato sequentibus actibus litterariam reducatur ad trutinam: Semel sed publice conclusiones defendens (ad semihoram præmissa præfatione à quatuor Magistris proposta argumenta dissolvat.) Deinde per hora spatium punctum, ex sententiarum Magistri defumptum, quod ante viginti quatuor horas sibi forte contigerit, elucidet, & sententiam propositam impugnantibus quatuor Magistrorum telis obstat.

Tunc examinatores ad rem dijudicandam electi (præmisso in Rectoris manus fidelitatis jure, nempe, nec se directè, nec indirectè Præsentaturæ candidato suggestisse; Argumento, nec se, nisi benemeritum, & dignum approbatib; secreto ferante calculum, & faveantibus pluribus suffragiis Rector ad prolatae, seu Licentiati gradum evchat, quibus capax evadet præsentaturæ de numero Provincie: Et nemo ad predicta suffragia admittatur, quin prius de materia sibi à forte contingat, eludat, & sententiam propositam impugnantibus quatuor Magistrorum telis obstat.

Insuper, & Examinatores ad hanc functionem nominandi sint Magistri de numero, Universitas Cathedratici Ordinis prædicti, Regens præfati Collegii, & Primarius Lector, quibus Collegii Rector uti Præses assifat. Deinde: ut his tantum de Prædicatorum Præsentatura benemeritus habeatur, qui decem annis alicius Domus Conventionalis Concionator speciali rescripto assignatus, triplicis Quadragesimæ feriis cum approbatione verbum Dei prædicaverit? quo tempore transfacto in Collegio predicho concionetur semel per unam horam de Evangelio, & materia sortita per viginti quatuor horas antecedentes, quo finito ad suffragia admittatur eadem forma, & eisdem supra relatis Examinatoribus approbandus. Postremò, ut qui in dicta Provincia Magisterii laureola condecorandi fuerint, prius lecturi sint quotidiè unam Theologie Scholasticae lectionem per trium annorum spatium supra illos quinque ad præsentaturam requisitos: Probationes autem, Informationes Lecturarum in Capitulo Provinciali, & facienda, & approbandæ sint, ac in Collegio (præter ea quæ ad Licentiatus gradum obtinendum efficerat) viginti quatuor horis antecedentibus per semihoram leget punctum super Scripturam Sacram sortitum, & per ipsatum alterius semihoræ duorum Magistrorum oppositus argumentis obstat: Quibus peractis ad suffragia admittatur, & numerosiori Examinatorum calculo approbatus à Rectore Collegii ejusdem Magister eligatur, quo præcedente gradu, ad gradum Magistri de numero dignus judicetur.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositi subjungat præmissa omnia uti justa, & rationi consona Dilectus filius Magister Generalis dicti Ordinis approbarit, & confirmaverit: Firmiora vero, & validiora sunt illa, quæ hujus Sanctæ Sedis patrocinio roborantur: Nobis propterè dictus Franciscus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsum Franciscum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunications, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis

Confirmat  
præinser-  
tum Decreta.

fentent-

ANNO  
1664.

ALEXANDER SEPTIMUS.

203

ANNO  
1664.

sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa lati, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularem Præpositorum, qui præinseras ordinaciones, & dispositions maturè considerarunt, confilio, eadem ordinationes, & dispositions auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, & in posterum vim statuti in præfata Limana Provincia habere decernimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Decretum  
irritans.

§. 4. Decernentes pariter eadēm præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, usque plenarios, & integrō effectus fortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabat inviolabiliter observari, sive in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Caufarum Palati Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingat attentari.

Contraria  
derogat.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, neconon quatenus opus sit Provinciae, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegii quoque, indulxit, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & inseritis habentes illis alias in suo labore permanfuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus. Cæterisque contraria quibuscumque.

Dat. P. An. o.  
die 18. Febr.  
1664.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 18. Februarii 1664. Pontificatus Nostri Anno nono.

CXLVII.

Super observatione Indicis Librorum prohibitorum noviter impressi.

*Dubia Indicis librorum prohibitorum decidit Congr. eretica à Sixt. V. in Constitut. 74. Congregat. 7. Indicis librorum prohibitorum Regulas inviolabilitate observari præcepit Clem. VIII. Confut. 36.*

Edita An. D.  
1664.

ALEXANDER PAPA VII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium.

S Peccatores Domus Israël, quæ est Sancta Dei Ecclesie, inscrutabili Divinæ providentiae arcano constituti, pastoralem vigilantium nostram avertendis imminentibus gregi Dominico perculis peculiari studio jugiter adhibemus, ne oves pretiose Salvatoris, & Domini Nostri JESU Christi sanguine redemptæ seducantur à via veritatis, sed illam insistentes sub salutaris doctrina directione, ad æternæ beatitudinis metam felici cursu gradiantur.

§. 1. Cum itaque ad ejusdem Ecclesiæ gubernationem præcipuum sit in ordinandis moribus, & castiganda doctrina momentum, quod ab altero purum fidei lumen exifiat, ab altero operum rectitudo: Sedes Apostolica præclarè intelligens homines legendi, tam quæ credenda, quam quæ facienda sunt, optimè discere magnam in primis in librorum deleitu constituendo adhibet, semperque adhibuit diligentiam, quo malo à bonis, noxiis ab innoxiosis discernerentur, nominatum signatis

Auctoriis, & scriptis, à quibus Christi fiducies abstinere deberent.

§. 2. Quam in rem Venerabiles fratres nostri S. R. E. Cardinales Indicis librorum prohibitorum & expurgandorum præpositi non solum sua sponte, & pro muneri sibi injuncta ratione, sed etiam speciali mandato nostro attentius incumbentes; cum animadverterint, post Indicem librorum prohibitorum à foel. rec. Clemente PP. VIII. prædecessore nostro editum juxta formam alterius Indicis, qui Sacrosancti Concilii Tridentini auctoritate prodicerat, quamvis multi libri tamen à successoribus prædicti Clementis Romanis Pontificibus, quam ab corudem Cardinalium Congregatione prohibiti, illorumque Auctores damnati fuerint, nullum tamen Catalogum ordinatum, atque distinctè libros prohibitos, & Auctores damnatos hujusmodi complectentes publica auctoritate suis fecectum, magnamque proinde in hac materia oriri perplexitatem, quæ in dies major futura est, nisi opportunè provideatur.

§. 3. Idcirco Nos difficultati inveniendæ hac in veritate occurrere cupientes, post maturam & diligentem deliberationem, cui nonnulli ex præfatis Cardinalibus ad res accuratis dispiciendas præpositi fuerunt, decrevimus in primis deveniendum esse ad novi Indicis confectionem, quo non solum libri post novissimum Clementis prædecessoris Indicem prohibiti, aut alias confixi, verum etiam in Superioribus, quos diximus catalogis descripti continerentur. Deinde quad ordinem in disponendis auctorum, & materiarum nominibus solam litterarum Alphabeti seriem esse deinceps observandam, omilia nunc tria illa in Claves distributione, quæ licet ab initio laudabiliter esset instituta, usū nihilominus deinde cognitum est, commodiorem adhuc iniiri posse in hoc genere rationem, & quæ nullas appendicem adjunctiones, multiplices aliquoquin, & implicatas tractu temporis extituras desideratur sit, remque expediaria sine ulla legentium in quærendis Auctoriis molestia, præsertim Bibliopolarum, quibus ut facilis, & explicata sit hujus Indicis tractatio publicè in primis interefit, ne ipsi errantes multorum errori causam præbeant.

§. 4. Accedit, quod illa Classem distinctio plurimos non modo vulgares, sed etiam eruditos saepè decipiebat, dum ex earum ordine confixionis gravitatem æstimandum putabant, quasi severius actum semper videatur cum legentibus anteriorum, quam posteriorum Classem libros, quod tamen secus esse ex ipso Classem institutione à Concilio Tridentino facta colligi facile potest, ubi cum solum intercedat distinctio inter libros Auctorum virtutio, ac demerito, vel perniciose doctrinæ, errorumque in eis contentorum ratione damnos, ac inter præferentes, aut dissimilantes Auctorem, contigit, ut plerique libri ignoti Scriptoris, qui tertiae Clasti assignantur, pejores multo sint quam in prima, aut secunda recensiti, cui false persuasiōni, ne perniciose in hac materia licentiae causam præbeat, medendum omnino existimavimus.

§. 5. Quamvis autem ulteriore Classum distinctionem omitti iussimus, haec tamen observantam retinendam censuimus, ut citarentur in eiusque libri confixione, ubi opus est hujusmodi Clases, & appendices una cum decretis, quibus primis libri confixi fuerunt, quo rei ab initio gestæ series innotescat.

§. 6. Quam etiam ob causam Indices Tridentinum, & Clementinum, una cum suis appendicibus Indicis huic generali adjiciendos curavimus simulque omnia Decreta ad hæc usque tempora, in hac materia post prædicti Clementis prædecessoris Indicem emanata, ne quid omnino, quod curiosæ fideliū diligentiae prodesse posset, omissum videretur. Quæ omnia cum juxta mentem

Dati modum  
faciendi no-  
vum Indi-  
cem.

Confirmatio  
Indicis.

notram